

Secundus est exhortatio populo propter viciorum manifestationem. Hic enim dicit propheta Annuncia populo meo scelera eorum et domui Jacob peccata eorum manifestent. Cum enim non videret malum nisi cognoscat magna utilitas insurgit in populo fidelium si vicia et peccata eis manifestentur. Tercius est doctrina magistrorum propter sacre scripture expositionem. tanta est enim sacre scripture profunditas ut a principio mundi usque ad finem se sit necessaria in ecclesia eius expositione. Unde Augustinus super illo verbo. Quere faciem eius spiritus dicit quod in sacra scriptura semper de quaerit et se inveniatur. Nam querit ut inveniatur dulcedet inveniatur ut gratetur auidi. De istis vero tribus actibus loquitur apostolus. i. e. iii. dicens. Esto exemplum fidelium in verbo et conversatione et caritate et dum venio attende lectioni exhortationi omnia doctrinae ut ergo aliquid in ecclesia istis tribus actibus quietius possit vacare pro utilitate populi christiani progreui est ut aliqui religiosi et potissime religiosi paupertatis a iurisdictione omnium prelatorum sint excepti qui specialiter debent vacare lectioni divinorum exhortatione populorum et doctrinae magistrorum. Ad primum ergo est dicendum quod mala possunt provenire in ordinibus sine exceptione sicut cum exceptione non enim exceptio est causa malorum nisi quia ad illos qui exempti sunt a libertate abutuntur sicut tamen aliqui religiosi abutuntur libertate et alijs donis receptis a deo: ut sint ceteris peiores. ita aliquid vult in bonum ut sint ceteris meliores. Unde dicit Augustinus in epistola ad plebem proponens quod sicut ecclesia restitatur de suis purgamentis ita debet gaudere et letari de suis ornamentis. Ad secundum est dicendum quod aliqui dicunt legato quia a latere sedis apostolice misso exemptos non teneri obedire. puto tamen quod si in sua legatione expressio fiat de exceptis et non exemptis quod omnes tenent sibi parere cum a sede apostolica ut super deum est nullus intelligat exceptum. Ad tertium est dicendum quod non debet de libertate vel de quolibet contractu vel de quacumque re de qua contra religiosum agitur nec in quacumque loco possunt religiosi excepti contra locorum ordinarij venire nisi esset a deo gravia et enormia de quibus non corrigerentur vel non possent corrigi per prelatos ipsorum.

**Questio lxxij. De pace absolutione.**

Deinde considerandum est de pace absolutione. Circa quod queruntur sex. Primum. Utrum possit absolvi usurarium absque eo quod usuram restituat. Secundo. Utrum possit absolvi suum usurarium quia tenet ad restitutionem et absque eo quod sibi faciat elapsum. Tertio. Utrum possit absolvi si rite absolutum per rationabilem. Quarto. Utrum possit absolvi habentem rem aliam nam post annos prescriptionis absque eo quod ipsam restituat. Quinto. Utrum possit absolvi simoniacum absque eo quod simoniam reddat. Sexto. Utrum possit absolvi ludentem ad taxillos absque eo quod restituat lucrum.

Ad primum ergo sic proceditur. Videtur enim quod papa non possit absolvi pacem usurarium absque eo quod usuram restituat. Papa enim non potest contra